

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO PHILOSOPHICA  
*De*

# CANDELA ARDENTE

*Quam*

Cum suffragio Amplissimæ Facultatis  
Philosophicæ in Regia ad Au-  
ram Academia,

P R E S I D E

VIRO MAX. REVER. AMPLISSIMOZ  
D O M I N O

MAG: JOHANNE

JOH:IS THORWICKE/

Professor Physices Regio & Ordinario,  
h. t. Rectore Magnifico,

PRO GRADU

Publicæ bonorum disquisitioni ad diem  
six Aprilis, A:o MDCCXXIX. in Audit.

Max. horis ante merid. solitis.

Modestia,qua par est, subjicit

S: a R: a Maj:is Alumnus

JACOB MALLEEN, nylandus.

ABOÆ, Impr. R. Acad. typ. E. Flodströmi.

L. v. 2.

REGIÆ ACAD. ABOENSIS  
RECTORI MAGNIFICO,  
VIRO  
Max. Rever. Atq; Celeberrimo DOMINO,  
**Mag: JOHANNI**  
**JOH:IS THORWÖSTE/**  
Scientiæ Naturalis Professori Regio &  
Ordinario, Confistorii Academicî Præ-  
sidi Gravissimo, Pastori & Præposito Ec-  
clesiæ, quæ Deo in Lundo colligi-  
tur, longe Meritissimo,  
**PATRONO & PROMOTORI**  
**PROPENSISSIMO.**

**N**on posse me insignem ingrati am-  
Mæcenates Magni, ob inusitatum  
immeritum nullo non tempore cumulatum  
submisso offerrem; quum alia magis idonea  
verentia occasio mibi non suppetat. Ser-  
vixi num adspiciatis munuscum & mibi, ut  
qui & supplex vobeo, ut in annos bene mul-  
geatis, florentis! & ad cineres usq; per-  
audirem  
**Celeberrimorum No-**  
**Cultor Hu-**  
**JACOB**

VIRO

Maxime Reverendo Amplissimoq;

DOMINO,

Mag: JOHANNI

HAARTMAN,

Philosophiæ Theoreticæ Professori Re-  
gio & Ordinario, Amplissimæ Faculta-  
tis Philosophicæ Decano maxime Spe-  
ctabili, utriusq; Consistorii Adseffori  
Accuratissimo, Pastori & Præposito in  
Råndåmåki Vigilantissimo, ut Præcepto-  
ri hactenus ab ipso jam pulvere Scho-  
lastico Fidissimo, ita nunc

PATRONO ac PROMOTORI  
INDUBITATISSIMO.

mi notam effugere iudicavi, si non vobis;  
prorsus favorem & beneficia, quibus me  
voluistis, exilem hunc ingenii mei factum  
testandæ in Vos debite pietatis mee & re-  
nis igitur vultibus chartaceum hecce &  
cœpistis, in posterum quoq; favere pergatis,  
tos sospites, felices & incolumes vivatis, vi-  
mansurus sum

minum Vestrorum

millimus

MALLEEN.

Admod. Rever. atq; Clarissimo Domino,  
Dn. JACOBO JOHANNI RUSCH,  
Past. & Prep. in Tenala Merit. fuit. & ever-  
gete multis Nomin. colendo  
Item

Plur. & Perquam Rever. Doctissimisq; Dominis,  
Preceptoribus olim maxime industriis, fidelis-  
simisq; iam vero fautoribus, benefactoribus at-  
que amicis quovis amore ac honore per-  
petui prosequendis;

Dn. JOHANNI CARPELIO,  
Con-Rectori Scholie Cathedralis Aboensis  
vigilantissimo.

Dn. JOHANNI HORTELIO,  
Ecclesie Fennice, que Aboe est, ad Templum  
Cathedralis, Sacellano laudatissimo.

Dn. JACOBO CHYTRÆO,  
Sacellano ibidem dignissimo.

**V**obis, Adm. Plur. & Perquam Rever. Viri,  
Dissertationem hanc Gradualem, de Candela  
Ardente, in debita observantia & grati era-  
ga Vos animi pignus, sincero cum vero con-  
junctam, ut Ardentium instar Candelarum au-  
ditoribus vestris doctrinæ bonisq; operibus, felici-  
ssime plurimos per annos incoatis; atq; tan-  
dem in cœlio sicut stelle in seculum & eternica-  
rem splendoatis! reverenter & officioso dedicat  
& offre

Nominum Vestrorum  
Estimator Perpetuus  
Autor & Respondens

Σύν τῷ Θεῷ.]

§. I.

**S**pecimen in-  
genii alterum qua-  
leunque , quum in  
phylicis edere semel  
constituerim , præ-  
sens hæcce materia de **CANDELA AR-  
DENTE** , mihi præ ceteris arrisit , cum  
ob quotidianum usum & domesti-  
cum commodum , qvod nullo fere  
non tempore ad hominem inde pro-  
venit ; tum quod neminem ex pro-  
fesso , ut ajunt , de eadem hactenus  
A egisse

egisse animadvertissem, ne audivissem quidem, & tamen ventilatione Academica haud indigna esset visa: præsertim quoniam satis ampla heic offerat se ansa variis de rebus physice disputandi, suamq; artem & Martem, si quæ adsint, luculenter prodendi. Mihi vero nunc, cui temporis, quod valde angustum; ingeni, quod peregrinum; fortunaturq; mearum, quæ tenuissimæ; ratio est habenda, singula quæ circa hanc materiam dici possunt, enucleare aut pluribus perseqvī non licet. Proinde præcipua tantum momenta, eaq; quam fieri potest brevissime jam attingere conor, certam & indubitatam fovens spem, Te, Candardide Lector, ex innato humanitatis dbito, proq; solito favore, hæc ut ut accelerata potius, quam studiose expolita atq; elaborata, quæ jam in chartam effudero, de meliori nota Tibi commendata habiturum.

§. II.

SI sueta, & jam ab antiquissimis fes-  
re temporibus in disputationibus  
conscribendis recepta methodo, in  
materiæ præsentis elaboratione per-  
gendum sit; alienum utiq; ab insti-  
tuto nostro non videbitur, in nata-  
les vocum, quas frontispicium dis-  
sertatiunculae nostræ præfert, in li-  
mine statim inquirere. Sed quum  
utrumq; vocabulum adeo notæ sic  
originis, ut neminem, nisi plane in  
lingua romana hospitem fugere que-  
at; remur operam nos lusuros, no-  
dumque in scirpo quæsituos, si in  
his inqvirendis immoraremur: mul-  
to vero satius atque consultius nos  
facturos, si, quæ minoris sunt mo-  
menti, silentii peplo involverimus,  
rectaq; ad scopum properaverimus  
via; notantes omnium primo, quot  
*Candela Ardens* constet partibus. Tres  
autem in Candela dari partes, easq;  
diversissimarum a se invicem mate-  
riarum, ignem nempe, sebum &

A a

line

**A**linteum in proposito est. Harum una quæq; ad essentiam & constitutionem Candelæ Ardentis adeo est necessaria, ut quacunque illarum demta, mox toto simul & nomine, & omne, seu usu, quem alioquin præstare debet, si destinatum obtinebit finem, privetur. Finis enim Candelæ Ardentis proprius atq; genuinus hic est: ut nocturnis temporibus solis subeat vicem, hominesq; in tenebris versantes singulari vi, sine molestia tamen, illuminet, quo sic opera sua, quæ die, brumali præsertim tempore, brevitatis caussa intermittunt, ea nocte intra domos suas ad lumen Candelæ Ardentis per lucubrationes revocare ac implere possint. Est itaq; *Candela Ardens* composita ex tribus alienissimis ab invicem materiis, confecta, ut homines illuminet.

§. III.

**I**gnem in paragrapho superiori, primo siquidem nominavimus loco,

5

de eo quoq; nunc primum nobis c-  
rit agendum. Ambiguitates nomi-  
nis ejusdem, quæ, cum apud Theo-  
logos, tum Philosophos passim oc-  
currunt, alto nunc, ob propositam  
nobis brevitatem, præterimus silen-  
tio, innuentes propriam atque ge-  
nuinam ejus acceptationem, dum phi-  
losophi statuunt esse peculiare Ele-  
mentum, quod est subtilissimum,  
levissimum, continuo motu effica-  
cissimum, in terra & supra terram  
existens, a Deo in principio ad uni-  
versi integritatem mistorumq; con-  
stitutionem creatum. Is vero qvi in  
ardente conspicitur candela, de quo  
igne nunc in primis disquirere nostri  
est instituti, non est ignis purus &  
elementaris ; sed impurus & vul-  
garis, alias focalis, culinaris, mini-  
sterialis, usualis, &c. dictus : qvia  
in foco & culina usui nostro quoti-  
die inservit , holocaustaq; nostra  
hieme frigore urgente calida & il-  
luminata reddit. Quum autem ele-  
mentaris a vulgari non nisi acciden-  
ta-

taliter differat; adeo ut ignis vulgaris etiam elementaris sit, alienis tantum qualitatibus per accidens immersus: vix alienum aut inconveniens arbitramur, si obiter heic loci præcipua quædam ignis attributa, quibus a reliquis Elementis est distinctus, certasq; suas obtinet operaciones consideramus.

### §. IV.

**A**d primum igitur ignis attributum quod attinet, diximus id supra, summam esse subtilitatem: subtilius enim quid igne? qui cuncta mundi corpora, etiam densissima penetrat, eorumque substantias, aliquin satis solidas intime permeat sicq; corporibus se miscendo eadem motu suo, de quo dicemus infra, vivificat, illuminat & calorem æstumque animalibus excitat.

Secun

## §. V.

**S**ecundum ignis attributum est summa levitas, cujus beneficio miro conanime ascendit & ad loca inde trahit inata sursum tendit. Unde tamen cum Scaligero, Scharfio, pluribusq; aliis concludere, ignem elementarem supra sphæram aëream & sub concavo lunæ existere, propriumq; ibi locum ut sedem patriam habere, ideoq; adscendendo certum & detinatum locum appetere, veritati plane contrarium est.

## §. VI.

**T**ertium & ultimum ignis, in data definitione, attributum est perpetua mobilitas, qua ex lege ipso placide movetur & singulari vi atq; efficiacia alia movere corpora. Unde quoque haud dubie primum mobile appellatur. Atque ex hoc motu jam

jam singuli, qvi vulgo igni adscribi  
solent, effectus unice pendent, adeo  
ut hujus hypotheseos ope, omnium,  
qua<sup>e</sup> vi ignis fiunt, ratio facillime  
reddatur. Ut clarior evadat res,  
paucis considerabimus calorem ,  
quem Peripatetici aliiq; ex veteri-  
bus Philosophis, quos sequuti sunt  
Scholaſtici, in igne existimarunt si-  
milem esse ei , quem sentimus, hoc  
inprimis utentes argumento :  
ignem non posse nobis conferre ,  
quod non habet, ideoq; habere ca-  
lorem, quem in nobis excitat. Ve-  
rum si hoc rectum esset argumen-  
tum, oporteret dicere in acu , qua  
pungimur, esse dolorem, quandoqui-  
dem nobis punctione dolorem cre-  
at: quod tamen nemo dixerit, o-  
porteret quoq; sentire , adeoq; in-  
ter animalia reponi, si calor , quem  
sentimus, similem haberet. Est igi-  
tur calor ignis nihil aliud , nisi ve-  
hementior inconspicuarum particu-  
larum qnaqua versum agitatio. His  
præmissis I. Negamus ignem esse  
caus-

causam efficientem proximam caloris, quem ad ignem sedentes sentimus; sed remotam, quoniam immediate in mentem nostram non agit, verum nervos duntaxat nostros movet, atq; ex hujus motus occasione calorem, ex instituto omnium rerum Opificis, sentimus. Quam ob rem autem fiat, ut commoto corpore ita percellatur mens, nulla ratio nobis occurrit, præter Dei voluntatem. II. Statuimus cum Philosophis recentioribus omnem omnino calorem in vario motu situm esse, quo sit ut particulæ corporum vehementissime quaqua versum agitatæ divellantur, & alias etiam ad motorum divellant: vix enim quidquam est, quod vim ignis diu ferre queat, qvin dissolvatur, hoc est varie dividatur. Hanc assertionem nostram varia probant experimenta: cum enim fricamus invicem manus antea frigidas, calescunt, qvia particulæ qvibus manus nostræ constant & potissimum cutis incipiunt move-

A s

ri,

ri, quo sit, ut concutiantur nervi, caloremq; sentiamus. Similiter alia corpora si ferrum ferro, lignum ligno, lapidem lapide vehementer & diutius teramus, divellimus attritione eorum partes, eaq; admodum manibus nostris calida esse sentimus. Calcem etiam motu calidam fieri novimus; addito enim liquore cuius particulae moveantur & poros calcis subeunt, ita divelluntur ut subito effervescent. Ad oculum quoque hoc apparet ex motu aquæ fervescens, cum enim vehementissime movetur, tum acerrime urit. Ut plura huc facientia, ob propositam brevitatem, nunc taceamus. Simile quoque judicium de ceteris sensilibus qualitatibus esto; nimirum quod absurdum sit fingere id esse in re mere corporea, quod in mente nostra sentimus.

### §. VII.

**J**AM de igne vulgari seu usuali se-  
pa.

paratim dicemus, qvi se se triplici  
sub specie & differentia nobis offert.  
Una flammæ est, altera carbonaria,  
tertia fumosa vel vaporosa. Qua-  
rum plures in ardente cernuntur  
candela. Flammæ species est ignis  
ille subtilis a candela, utpote mate-  
ria crassiori adscendens, figuram co-  
nicam ideo repræsentans, quoniam  
aer latera flammæ cingens ejus qua-  
quaversum diffusioni valide satis re-  
sistit & particulas illius ita cogit, ut  
in acumine junctæ sursum tendant.  
Carbonaria vero est ignis rubens in  
elychnio, seu in materia crassa si-  
tus, similem evolandi aut se in aë-  
re expandendi libertatem cum flam-  
ma non habens, quia densitas mate-  
riæ, in qua situs est & constrictus  
quasi retinetur, exitum & evolutio-  
nen igniculorum quadanterus im-  
pedit, paullatim tamen, una cum  
materia sua cui insunt per & cum  
flamma in fumum & auras abeunt,  
novis subinde in locum, ex adustione  
candelæ, succedentibus. Fumosa i-  
gnis

gnis species vel vaporosa optime  
conspicitur in lignis fere extinctis  
vel ad combustionem aecensis , in  
fimo & aqua tepida vel calefacta , a-  
liisq; ignem foventibus corporibus  
naturalibus, antequam erumpit in  
flammam, vel omnimode loca dese-  
ruerat humida. Hæc de tribus ignis  
vulgaris speciebus breviter dicta sun-  
to. Paucissimis etjam observabimus,  
quomodo accendatur, alatur & ex-  
stinguatur. Generatur ignis per mo-  
tum sive conflictum ; item medio  
vitri gibbosí , qvod soli opponitur.  
**A**litur maxime particulis sulphureis,  
salivis, oleaginosis & bituminosis a-  
liisq; corporibus terrestribus. Se-  
mel accensus conservatur in suo pa-  
bulo & fomento , quo dum susten-  
tatur majori , eo copiosior adcre-  
scit per flammatam, similiq; modo de-  
crescit, non per evanescentiam sive  
annihilationem , sed per dispersio-  
nem & priora repetendo loca. Ex-  
stinguitur tandem non modo I. per  
se deficiente pabulo sive alimento i-  
de-

doneo, verum etiam II. impediendo  
aëris accessum; videtur quippe in-  
esse aëri nescio quid sulphureum &  
nitrosum, quod flammæ etiam & i-  
gni subtilius alimentum suppeditat:  
& licet in loco clauso non desit pror-  
sus aër, nisi tamen is aër cum aper-  
to aëre per aliquod foramen con-  
junctus sit, ut exire & redire possit,  
materia incensa extinguitur, quam-  
vis in aperto aëre ignem semel con-  
ceptum, donec tota absuntatur, con-  
servare soleat, experimur hoc in can-  
dela in vitro vase ardente, si accu-  
rate vas clausum sit, ut nullus subi-  
re possit aër, brevi extinguitur. Nec  
non III. suffocando vel comprimen-  
do motum: ut enim motus sine i-  
gne, ita nec ignis sine motu unquam  
esse potest.

### §. VIII.

**P**ars altera Candelæ ardentis con-  
stat materia quadam pingui & olea-  
ginoæ

ginosa, quæ sebum plerumq; est vel cera. Ambo cum ad concipiendum tum ad fovendum ignem flammeum aptissima alimenta; quia præprimis scatent sulphure, quod ex unanimi Physicorum sententia quam facillime concipit flamam, conceptam que servat donec omnis materia consumta sit. Sulphur vero cum sebo, rum ceræ inesse vel ex ipso candelæ extinctæ nidore, ut nihil de ceteris ejus præsentia indiciis dicamus, sat superq; animadvertisimus.

### §. IX.

**T**ertiam & ultimam candelæ ardentis partem, constituit materia illa crassior & terrestris, linteum nempe vel gossipion: ex qvibus, ceu maxime idoneis habilibusque ignis usualis nutrimentis, cllychnia in primis confici solent. Ignem vero facile si concepiant ardeantque sicca sint & arida necesse est. Qvip

pe cum aqueum non amet alimen-  
tum ignis, vix comburi possunt, quo-  
rum pori multa turgent aqua, quæ  
quia difficulter inde expellitur, trans-  
itum igniculorum retardat & impe-  
dit. Neque tamen illi nos sumus,  
qui inflammabilitatem ellychnio ob-  
solam siccitatem convenire statua-  
mus: Nam Oleum, Naphtham, Vi-  
num, Sulphur liquefactum ignem ex-  
cipere videmus, nihil minus siccum,  
quam hæc: quin potius certa nos  
firmaq; tenet opinio virtutem heie  
itidem elucidere sulphuris, cuius ope  
& beneficio cum candela, tum cete-  
ræ combustiles materiæ ardent atq;  
illuminationi inserviunt.


### §. X.

**D**elineatis sic breviter partibus  
Candæ Ardentis, ultimo nobis de-  
monstrandum venit, qua ratione ma-  
teria illa olaginea ad flammam per-

venit, præterq; naturam suam sursum tendit: An id fiat per adtractionem ignis, vel per impulsum. Prius qvidem suo statuisse videtur tempore Clarissimus Joh. Scharfius, dum igni adtractivam quoque vim tribuit, \*) & hodienum hoc vulgo credi novimus: At qvi facile credit, facile decipitur. Huic enim opinioni tanto minus assentire volumus, quanto sumus certiores, nullam in tota rerum natura veram & propria dictam adtractionem dari; sed omnes omnino motus, quos natura nobis exhibet, per solam fieri impulsionem, quæ unica est via, per quam nitide concipimus unum corpus aliud posse movere, quæ facile ex impenetrabilitate materiae, de qua inter omnes constat, deducitur. Atq; hæc veritas, non quidem heri aut hodie prium, sed jam pridem innotuit: sed qvia non perspecta fuit, nec satis inde emergentes consequentiaæ ad trutinæ examen revocataæ, crediderunt Philosophi antiquiores, impossibile

<sup>\*)</sup> in Manual. Phys. p. m. 75.

cf.



ex quibus hæc Candela confusa est.  
 His ita positis, facillimum est intellectu, quod novæ ab ellychnio FG  
 assidue egredientes particulae, dum ab igne moventur & agitantur sur-  
 sum versus tendere, priores tangant & impellant: quæ vicissim, quia  
 multo celerius aguntur, quam occur-  
 rentes iis aëris particulae, quæ para-  
 tæ crant ad descendendum in focum  
 flammæ, eas repellunt, ideoq; ab iis  
 impediri deinceps non possunt, quo  
 minus ulterius pergant versus H, u-  
 bi paullatim agitationem suam de-  
 ponunt, sive vertuntur in fumum.  
 Qui fumus nullum in toto aëre lo-  
 cum reperiret, quia nullibi vacuum  
 est, nisi, prout egreditur ex flamma,  
 tantundem aëris versus ipsam circu-  
 lari motu regredieretur. Nempe  
 dum fumus adscendit ad H, pellit in-  
 de aërem deflectere versus J & K,  
 per lineas similes aut æqvivalentes  
 iis quæ hic describuntur, qui aër  
 occupatus locum ejus, qui primo  
 motus est, ad flammam accedit, &

lame

lambendo sumitatem candelæ B, ac radices  
 ellychnii F, multas materiæ  
 oleagineæ particulas, vi ignis agitatas  
 per ellychnium secum adducit. Atq;  
 ita flama debet assidue renovari, ut  
 conservetur, & non magis eadem  
 manet, quam flumen, ad quod no-  
 væ semper aquæ accedunt. ex dictis  
 jam luculenter constare arbitramur  
 sebum vel seram superiora versus  
 flamman petere; non ob attractio-  
 nem, qua nulla est, sed ob solam  
 impulsionem. Quocirca pluribus  
 nunc proferendis super-  
 sedemus.

Mōvō tō θεῷ δόξα.



Til

Herr Candidaten MALLEEN,

Då han uti Kongl. Academien i Ubo

Pro Gradu Magisterii Dilputerade

**G**en. I ha'n wissadt hur man i sin  
hidrne=hytta /  
Bör genom Minnez hielp sig sam=  
mefol de kloka mycket gode :  
Har en berömlig drift på nytt i an=  
mått /  
Ehr fördt / att wissa hwad Ehr sijt för=  
mår till nycta.  
Så bör thet ske / att hwar städz söker  
annars västa /  
Och väl åc then som så sin ung=  
dom wändet än /  
Att han till Herrans los / kan sä  
ske Fäders land  
Med tiden framja / att han tiana kan  
sin nästa.

Ett

esse rationem reddere omnium ejusmodi motuum per solam impulsionem: ideo coacti sunt in Philosophiam res invenire multum quidem speciosas, ut *attractionem*, *sympathiam*, *antipathiam*, *fugam vacui*, &c. Sed reipsa chimeras: quarentibus enim quid sint? responderunt esse qualitates occultas. At qualitas occulta, si bene pensentur vocabula, est aliqvid prorsus ignotum, cuius ratio genuina, operandique modus est inexplicabilis, adeoq; frustra queritur; itaque multo melius respondissent, si pro tot ambagibus verborum se, quare hac fiant, nescire, nec posse conjicere dixissent. Non igitur immrito inanes ejusmodi voculas in Physicis admittendas esse negant atque pernegant Neoterici, Quo vero pacto omnes isti motus, quos illi ex suis qualitatibus occultis derivarunt, per impulsum verius atque clarius explicitur, & longum & alienum effet heis declarare,

B

Quam

Quam ob rem volumus Lectorem,  
hujus sciendi cupidum, ad acutissi-  
morum recentioris ævi Philosopho-  
rum Opera Physica alegare, ex qui-  
bus sufficienter satis hac de re edo-  
cebitur, nosque proprius vicissim  
ad quæstionis supra propositæ ven-  
tilationem accingere. Ex dictis i-  
gitur liquet nos sentire, liquorum  
materiarum oleaginosæ ad alendam  
flamnam adscendere, non per ad-  
tractionem, ut communis est op-  
nio; sed per impulsum; necessum  
vero est, ut validas in medium  
nunc afferamus rationes, qvibus  
hanc sententiam nostram stabilie-  
mus. Quo itaque veritas hujus rei  
patescat clarius, consideremus Can-  
delam Ardentem, qualis heic ad-  
umbratur A B, supponamusque in  
pleno illam esse, quum vacuum de-  
tur nullibi: ponamus quoque in-  
super in omni spatio C D E, per  
quod ejus flamma se extendit mul-  
tas volitare particulas materiarum

Ett mehr än säkert hopp till thesse bågs-  
ge stycken /

Ehrt Lärda Wärct os ge med allas  
nöje lär.

Thy har min plicht förmåde en kleen  
och swager fidr /  
Att här med önska Ehr till alt en  
framgång mycken.

Prästtulla  
den 8 Apr.  
A:o 1729.

Således uttrade sin  
fågnad och wålmen-  
ta önskan

LORENTZ JOH. GÖÖS.

Til

Philosophiæ Candidaten

Herr JACOB MALLEEN,

Tå han vid Rongl. Academien i Åbo  
berömligen disputerade pro Gradu

Om

Brinnande och lysande Lius.

**G**hä'en, Herr Candidat, wiss alt för  
flitigt läsit  
Bid Lius, och ofta sedt, hur thet af el-  
den jásit;

By Edert werd nu är öm Brinnande,  
ett Lius,

Com, hålst om winter-tid, uptånds i  
hvarje hus.

I halen förthenfull wist Chr tagit Lius till  
åmne

Att nu här strisma em, hetet I os almånt  
låmne;

Emedan Lius Chr lyft så ofta i Chr  
flit,

Zå I sör Lädom ståds hast rätt berem-  
lig nit.

Thet striss em Judasold; när Abbots-

gre åll anlände,  
The Lampor, Vlof och Lius i sina hus up-  
tånde:

Hvar med the större tjenst sig mente  
Gud bete,

Zu flere brinnand' Lius man hos them  
tå fick se.

Doch thet med mycken stråck och reantro the  
alt gisorde,

Ej någon annan them än husmor tånda  
korde:

Thet skulle ändå stie hos hōg så väl  
som låg,

Gast han ej ägde mer, än han i Lius nu  
låg.

Men

Men hwad S Lius ha'n bråne, thet stedt af  
Lårdoms långtan,  
Ther ester ha'n S hast rått en berömlig  
trångtan;  
-På thet S tånda stull Ert mittra Lård-  
doms Lius,  
Som framdels lysa må uci Guds Berg  
och hus.  
Och som I mården nu båd' dygd och lårdom  
hysa,  
Så må I en gång ock som Lius och Lyckta  
lysa  
I Guds Församling här; och sidst som  
Himlens Sol,  
Och såsom Stiernor all få skina för Guds  
Stol!

i hast af  
JOH. M. GRÜNL.

Cla